



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. De conditionibus adjectis aliis contractibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

sint, & servanda, si quis cum duabus sub conditione honesta, & contingente contrahat. Respondeatur, si sponsalia de futuro cum duabus contracta dicto modo fuerint, priora valida erunt, etiam si posteriorum conditio prius purificetur, quia taliter contrahens nec licet, nec validè potuit posteriora sponsalia contrahere, ad conditionis eventum expectandum per priora sponsalia obligatus, nisi illa profusa dissipata fuisset. Si vero matrimonium de presenti, sub conditione tamen honesta & contingente cum duabus contraxit, illud validum erit, cuius conditio prius impleretur, modò contrahens consensum in alterum matrimonium, ante eventum ullius conditionis, non revocaverit, quamvis enim licet non agat, taliter cum duabus sub conditione tali successivè contrahendo, validè tamen hunc contrahere, negari non potest, & quia consensus absolutus prævaleret consensi conditionato, per eventum autem conditionis factus fuit consensus absolutus, consequenter hic prævaleret consensi sub conditione, quæ nondum evenit, adhuc pendent. Quod si tamen simul impletur utraque conditio, neutrum matrimonium valeret, cum in tali casu consensus non adsit in determinataem personam, sed tam in illam, quam in hanc feratur. Hæc tamen omnia vitari facile possunt per assistancem prudenter Parochi, tales conditions in contractu matrimonij non permettentur.

• 8 (0) 50

§. V.

*An causa, demonstratio, vel in
dus adjectus contractui matrimonii
ipsum vitet, vel suspendet?*

Respondeatur, si causa, vel intentio matrimoniali, sive turpis illa, sive nichil sit, sive repugnet substantie matrimonii sive non, sive vera, sive falsa sit, per nunquam suspendit, aut vitat matrimonium, sed semper habetur prout adjecta, & matrimonium valeat; neque enim per adjunctionem tali cause, ut demonstrationis tollitur consensus contractus ad contra summum ostendit, cum ea non se habeat per modum objecti (quo in casu esse una persona) sed tantum declarat, quam opinionem habeat de persona, cum qua contrahatur. Modus vero adjectus contractui matrimoniali non vitiat quidem, nec impedit illum, nisi sit contrarius substantie, et bonis matrimonij, cum per talen modum adjectum obligatus quidem non contrahens ad modum illum præstatum, non tamen contractum habendus, vel si turpis illa sit, aut impossibile non adjecto habeatur, et periculum quod alius modus habetur, alius est contractus de qua loquendum erit, prout de conditionibus dictum est.

§. VI.

De conditionibus adjectis in dictis contractibus.

Vitare sunt conditiones, quæ hinc inde contractibus adjungit possunt, & si

Qni Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt? 685

verz conditions de facuto sint, s̄pē usque ad eventum conditionis contrārum firmitatem suspendunt. De quibus hinc inde in variis titulis agitur. Illud hic advertendum adhuc ex c. Verum 4. b.t. s̄pēius conditionem poti in jure pro modo, prout in relatoe fit, ubi dicitur, si Ecclesiæ aliquid donetur sub conditio-ne (id est certum modum addendo, quem

donans observari vult ab Ecclesia) revo-carī non posse donationem talem (ob favorē Ecclesiæ, aut piaē cause, cui donatio cum tali modo adjecto facta fuit) si postmodum conditio (modus scilicet) non impleatur, nisi expreſſe cautum sit de revocanda donatione, si modus non impleatur.

TITVLVS VI.

QUI CLERICI, VEL VOVENTES MA- TRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT?


§. I.

*Vtrum Ordo sacer dirimat matri-
monium, & quo jure?*

Dicitur matrimonium per ordinem sacram, Subdiaconū, Diaconū, & Presbyteratū ex Trident. sess. 24. De sacro matrim. can. 9. & ex c. 1. b.t. patet, ita ut nullus horum validē matrimonium contrahat, (nisi per illatam vim, aut gravem metum, vel ante pubertatis annos, vel aliter invalidē ordinatus fuisset) & consequenter liberi eorum sint illegitimi, & irregulares, quia concederet, ut ait Pontifex, DEI Sacerdotes, nec non Levitas continentēs esse, ob reveren-
tiam etiam ministeriorum, & officiorum illis commissorum: quæ tamen consti-tutio extendenda non est ad minores or-dines inferiores Subdiaconatu, quibus initiati validē (cæteris paribus) matti-

monium contrahere possunt, cūm illis nullum votum ad continentiam obligans annexum sit ex constitutione Ecclesiæ.

Multè autem probabilius est, quod impedimentum hoc ditimēs ordinis sacri, non ex jure naturali, vel Divino, sed solo Ecclesiastico proveniat, cūm Gracis Sacerdotibus usus matrimonii, ante suscep-tum Presbyteratum contracti, non tollatur per ordinem sacram suscep-tum; neque ulidi jus Divinum hoc prohibens habeatur; & matrimonium etiam con-tractum ante susceptos sacros Ordines, nondum tamen consummatum, non dis-solvatur per Ordinum talium suscep-tionem, iuxta Extravag. Antiqua. inter Extravag. Ioan. 22. De voto.



Qqqq;

§. II.